



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

An peccatum sit causa peccati in quantum peccatum est. B

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Ibi, Greg.
paulo infe-
rius.

Gen. 5.

Psal. 68.

Olea 4. a

Rom. 1. a.

2. Thes. 2. c.

aut peccatū & p̄na peccati, aut peccatum simul & causa & p̄na peccati. Vnde Moyses, Nondum sunt completa peccata Amorrhœum. Et David inquit, Appone iniquitatē super iniquitatē eorum. Et alius propheta. Sanguis sanguinē tetigit, i. peccatum peccato additum est. Paul⁹ quoq; ait, Propterea tradidit illos De⁹ in passiones ignominie, &c. Et itē, Vt impleant peccata sua semper. Iohanni quoq; per angelum dicitur, Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Ex his testimoniis colligitur, peccatum aliquod & peccatum esse & p̄nā peccati.

Ex predictis questio oritur. scilicet, an in quantum peccatum est, fit p̄na peccati.

B

Aug. 10. 1.
li. 1. retract.

Et ideo merito queritur, Vtrum in quantum peccatum est, fit p̄na peccati, Quod nō videtur, cum omnis p̄na peccati iusta sit. Vnde Aug. in li. retractationum, Omnis p̄na peccati iusta est, & supplicium nominatur. Si ergo peccatū q̄ est peccatum & p̄na peccati, in quantum peccatū est, p̄na peccati est, cum omnis p̄na de iustitia Dei veniat, videtur in quantum peccatum est, iniustū esse, & à Deo p̄uenire. Ad q̄ illi respōdēt, peccatū sic dici p̄nā peccati, q̄a p̄ peccatum in q̄ merito p̄cedētis peccati homo labitur, deserente Deo corrumpitur bona natura. Sicut ignis æternus dicitur p̄na malorū, q̄a ea cruciatur, nec tamē ipse cruciatus malorum ignis est, sed per ignē fit in homine. Ita per peccatum corrumpitur natura, & imminuitur bonum nature: & est ipsa imminutio & corruptio boni, passio & p̄na: & nō essentialiter ipsum peccatum, p̄ quod fit: sed ideo peccatum dicitur, vt p̄missum est, quia per peccatum ilico vt peccat homo, fit in homine illa corruptio, quæ tamē fit Deo auctore. Illa enim p̄na siue passio, quæ est boni corruptio, à Deo est. Illi⁹ tñ (vt sic dicam) materia & causa est peccatum, q̄ à Deo non est. Quod videtur Au. notasse, & iuxta hunc sensū intellexisse,

tellexisse,

rellexisse, cum ait in libr. de p̄destinatione sancto
rum, Prædestinatione De⁹ ea p̄sciuit, quæ fuerat
ipse factur⁹. Sed præsciuit Deus etiam q̄ non est i-
ipse factur⁹, id est, oīa mala: quia etsi sūt quædam
quæ ita peccata sunt, vt etiam pœnæ sint peccati
secundum illud Apōst. Tradidit illos Deus in pas-
siones, &c. non tamen peccatum Dei est, sed iudi-
cium scil. pœna. In scriptura n. sæpè nomine iudi-
cii pœna intelligitur. Hic diligenter intendentib⁹
insinuare videtur, ea q̄ peccata sunt & pœnæ pec-
cati, nō in quantum peccata sunt, sed in quantum
pœnæ Dei esse. Nam cum dixisset Deum non esse
facturum mala aliqua, id est, peccata, q̄a posset ei
obiici quædam peccata esse etiam pœnas peccati,
& pœna peccati omnis iusta est, & ideo à Deo est:
quali determinando secundum qd faciat ea, vel se-
cundum quid nō faciat, addidit reliqua: luxta vero
p̄dictam intelligentiā peccata sane dicuntur
pœnæ. Vnde Apōstolus appellat eas passiones ig.
nomine; quia, vt ait auctoritas, licet quædā pec-
cata sint quæ delectant, sunt tñ passiones natu-
ræ nō nominandæ q̄a per ea corrumpitur natura.

Aug. c. 10. in
10.7. non
longe à
princip.

Rom. 1. d

*Quod cum omne peccatum possit dici pœna, non tamen
omne est pœna peccati.*

C

Et licet ex hoc sensu omne peccatum mortale
possit dici pœna, non tñ omne potest dici pœna
peccati. Pœna n. peccati, vt prædictum est, est illud
cuius causa est aliud præcedens peccatum. Nam
peccatum sic dicitur pœna peccati respectu præce-
dentis, sicut dicitur causa peccati respectu sequē-
tis. Quo fit vt idē peccatum & causa sit, & pœna
peccati: sed alteri⁹ peccati pœna, & alteri⁹ causa: vt
n. Greg. in moral. ait. Peccatum quod pœnitētia
non diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit,
Vnde fit vt non solum peccatum sit, sed & causa
peccati: ex illa quippe culpa subsequens oritur.
Peccatum vero quod ex peccato oritur, nō solum
pec-

Greg. c. 12.
l. 2. ad illud
ca. 44. Iob.
non enim
opera eorum.